

1. EXCERPTE ZUR GENEALOGIE VON ADELSHÄUSERN
[Um 1688.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH VIII Bl. 2–4.6–12.14–24](#). 2°. 24 S.

[TRANSKRIPTION FEHLT NOCH]

5

2. EXZERPT AUS DU CHESNE, HISTOIRE GENEALOGIQUE DE LA MAISON DES
CHASTEIGNERS
[Um 1688 (?).]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH VIII Bl. 5](#). Zettel. 1 S.

10

Leibniz' Handexemplar von [A. DU CHESNE, *Histoire genealogique de la maison des Chasteigners*, 1634](#),
war vermutlich [HANNOVER NLB Gc-A 644](#).

Dans la genealogie des seigneurs de Reaumur de la maison des Chastaigners decrite par
Andr. du Chesne se trouve Guillaume I. Sr de Reaumur † 1459 ux. Pentecoste Raymonde
fille de ⟨ – ⟩ Raymond Ecuyer sieur de Thiers et de Marguerite de Vezensay.

15

(+ Apparemment ces bonnes gens qui ont donné le nom de Pentecoste à leur fille ont
crû que puisqu'il y a la feste de la Pentecoste il y avoit une Sainte de ce nom là. +)

3. EXZERPT AUS SCHURZFLEISCH, DISPUTATIONES HISTORICAE CIVILES
[Nicht vor 1699.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [LH VIII Bl. 13](#). Kurzer Streifen.

20

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in [HANNOVER NLB Gc-A 644](#); weitere
Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

13–15 Dans ... vgl. A. DU CHESNE, *Histoire genealogique de la maison des Chasteigners*, 1634,
S. 521.

Genealog[ica]

Marchiones primum Gothiae, deinde Comites [. . .] Tolosatum, postremo Comites S. Aegidii [. . .] Alphonsus del Bene [. . .] libro de gente et familia Marchionum Gothiae[.]
Schurzfleisch in disp. de regno Brugund. cap. 5. thes. 2.

5 4. EXZERPT AUS CALIN, THESAURUS SINZENDORFFIANAE FAMILIAE
[1713 (?).]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: LH VIII Bl. 26–27. 1 Bog. 2°. 4 S.

I Reinschrift: LH VIII Bl. 28–33. 3 Bog. 2°. 10 S. (Unsere Druckvorlage.)

- 10 Leibniz' Handexemplar von D. FR. CALIN, *Thesaurus mobilissimae, antiquissimae et celeberrimae Sinzendorffianae familiae collectus*, 1667, konnte noch nicht gefunden werden.

Excerpta ex Dominici Francisci Calin de Marienberg thesauro Sinzendorffiorum Comitum gloriae dicato.

Thesaurus dicatus Sinzendorffiorum Gloriam in quo nobilissimae et antiquissimae ejus gentis origo, progressus, Genealogica deductio et ex Rhaetia in Austriam transmigratio, comprobatae praeterea 32 agnatorum tabulae, cum gentilitiis cujusque familiae insigniis, omnium item illustrium Heroum qui vel pacis vel belli temporibus tum in Caesarea summorumque principum aulis tum etiam in diversis legationibus praeliis aliisque officiis praedarum quod et memorabile patrarunt gentis effigies, elogia et Historicae tabulae. Hisc
15 accedunt illustrissimae posteritatis Sinzendorffianae consanguinitates cum omnibus totius Europae regibus et summis principibus, origo praeterea ex XII praecipuis Regum familiis et XVII. Augustissimis Romanorum imperatoribus. Repraesentantur desuper iconographiae omnium arcium et dominiorum hoc tempore ad familiam Sinzendorffianam spectantium et pro coronide exponuntur diplomata Caesarea privilegia investiturae nec non diversissimorum pontificum imperatorum, Regum, Cardinalium aliorumque Ecclesiasticorum et
25 secularium principum ex originalibus descripti Codices singulari studio ||28v|| et labore collectus a Dominico Francisco Calin de Marienberg, Equite aurato, Comite Palatino et Historiographo Caesareo[.]

30 Tabula tituli binas ostendit duplices columnas uni praestat virtus alteri nobilitas, sequuntur insignia vetusta Sinzendorffiorum. Tum dedicatio ad Georgium Ludovicum Co-

2–4 *Marchiones* . . . thes. 2: vgl. C. S. SCHURTZFLEISCH, *Disputationes historicae civiles*, 1699, disp. 10, S. 67.

mitem a Sinzendorf Camerae praesidem facta Viennae 1667. folio majore, MS. Hujus Camerae praesidis effigies. Ait in praefatione ad lectorem sibi Raitenaviae gentis primordia indaganti copiam factam pervetustae Genealogicae tabulae, cujus prototypum in compendio repraesentatur qua simul et Sinzendorfia stirps exhibetur, ex Altorfensibus Comitibus Rhaetiam eos inhabitasse, donec Henricus III. dynasta de Sinzendorf, post Friderici I. intentum, cujus Aulae primarius Minister erat ex oriente in Germaniam redux penates in Austriam transtulerit.

Wolfgangus Theodoricus dominus de Raittenau Canonicus et (tandem AEpiscopus Salisburgensis) Anno 1554. Ernesto ex Ducibus Bavariae AEpo Salisburgensi dedicat Tabulam Genealogicam. Huic tale Testamentum additum est: Laus Deo Tridenti 19. mensis Maii Anno salutis 1554. in aedibus Spaurianis: Nos infrascripti testamur, qualiter nobis hodie exhibitus fuit perevetustus Manuscriptus liber in quo omnia quae haec Genealogica Tabula repraesentat una cum aliis pluribus congesta et diversis documentis comprobata sunt. LS »LS« ist von Kreis umgeben. Ego Simon de Thun, Trident. |29r| Salisb. et Brixensis Canonicus etc. Ego David a Spaur Canonicus Brixensis, Ego Vitus de Wolkenstein Baro.

In hac tabula inducitur Ethico Comes ab Altorf Henrici Bavari Comitis Altorfensis et Ravenspurgii filius. S. Conradi Episcopi Constantiensis ad lacum Bodamicum frater a quo in Rhaetia multa dominia ad sedes acquisivit et diversas nobiles familias produxit, quae hinc inde sunt dispersae: uxorem habuit Luitgardem principem Regiam Hungariae 9(2)6. filium habuit Guelfum dynastam in Rappolts circiter 1003. Et filiam Hattam uxorem Arnulfi Rom. imp. Guelfus filios habuit Ottonem dynastam de Arberg 1037. Christianum de Raitenau 1042. Conradum de Watterwill 1037. Henricum a Sinzendorff 1044. et Ethiconem ab Ehrnefels 1044. Sinzendorffior ab Henrico ita derivat:

Henricus 1044. Dietericus minister Basileensis. Henricus 1107. Rudolfus I. 1141. Henricus III. 1195. Conradus I. 1241. Otto I. a Sinzendorf etc. Johannes Eberhardus Leonardus Rempertus, cujus duo filii Canonici Salisburgenses Albertus et Arnolfus sed . . . non adduntur.

Addit auctor Albertus vixit 1530. Arnolfus obiit 1561 fratres fuere Bilgrami L. B. de Sinzendorf consilarii Maximiliani II et vicecolonelli, qui pater fuit Pilgrami II. ———— super Austriae, consilarii regimenti sub Matthia et Ferdinando II. † 1632. non Georgii Ludovici Imperii thesaurarii consilarii. Haec ut dixi addidit autor Tabulae Raitenavianae.

Ait autor se sua desumsisse ex documentis Sinzendorffianis ex Rattenavianae Tabula, Chronoco Helvetiae Stumpfii, Gunthero monacho Elnonensi de gestis Frid. O. (dub.) Chronica Alsaciae Bernardi Herzog. Ex vetusta Genealogia Sinzendorffianae familiae, es diplomatibus Caesareis ei impertitis. Ex catalogo familiarum Austriacarum. Ex fragmentis Hiostoricis Joh. Dresselini, Ex Frid. Brombachio, Ex Wiguleo Hundino ex Gab.

Bucelino, ex Baulo Furstio de insignibus nobilium familiarum. Ex Chronico Misnensi Petri Albini. Ex Tabulis Antonii Albicii, ex Historia Regum Daniae Svev. et Norwegiae Cranzii ex Epitome Impp. et rerum in Germania gestarum Jac[.] Wimphelingii. Ex Lamberto Schfnab. ex operibus Reineri Reineccii, ec Cornel. Kempio de rebus Frisorum[.] Ex Chronico Holsatiae Anfreae Angeli. ex Chronico Holsat. Joh. Petersenii, Ex Genealogiis Nic. Rittershusii, ex tabulis progonologicis Joh. Jac. (Phil. Jac.) Speneri.

Ethiconem cum Albino et El. Reusnero a stemmate Witikindi derivat ex Bodone Rege Saxonum facit filium Brunonis[. Reguli, qui materno jure factus sit Comes Altorfinus et Ravensbergensis. Coenobium fundavit ad Amersgau, uxorem habuerit Judithzam Reginam
10 Anglo-Saxonem, obierit 857. Pater Henrici I. Avus Henrici II. Vult autor Henricum I. factum a Ludowico Rege Fransorum et Baioariae Ducem Bavariae inferioris. Henricus II liberos habuit S. Conradum, Rudolfum Ducem ||30r|| et Ethiconem qui in Rhaetia bona a patre Episcopo acquisierit, ut supra[.]

Autor ipse suo more Ethiconem et Guelfos sic ad origines revocat, et ita Majores
15 Sinzendorfios ad 27 generationes extendit addita ubique icone progenitoris. Eganus ex Agilolfingis sub Dagoberto major domus vixit 640. Filius Erchinaldus major domus 651. – Leudisius major domus ab Ebromo trucidatus – Ethico, a Childerico II. reg. Franc. factus dux Aleman. et Alsatie 670. (ejus fratres Erchinaldus junior major domus. Albericus conditor familia Comitum de Hanau) – Albericus Dux Alemanniae et Alsatie 701.
20 fratres Bathico a quo comites Ergoviae in Alsatia; Hetto a quo Comites de Pfirt, Leudesius II. obiit ut autor[.] Hugo Comes inferioris Alsatie stemma) – Eberhardus Dux (Fratres Luitofredus Dux Alem. et Alsatie. Fauranus a fratre inique expulsus secessit versus Illyricum.) – Warinus Dux Alem. et Alsatie major domus sub Carolo Martello Rege Francorum 760 (+ Sed Carolus Martellus ipse non fuit Rex sed major domus) (fratres: Rithardus auctor Comitum Kiburgicorum, Edenardus auctor comitum Lippiae[.] Atticus auctor Comitum de Herberstein, Warinus decessit in flore juventutis) – Isenbrandus Dux Alem. et Als. Dux Caroli M. claruit circa 804 (fratres Eberhardus a quo comites Ebersteinenses, Thassilo a quo Comites Hohenzoll. Eyr . . . a quo Com. Heiligenberg, Bertholdus a quo Comites Welpenses)¹ – Guelfo I Isen|30v|brandi filius) materno jure
30 factus Comes Altorf. et Ravensperg. (fratres: Wernerus a quo dynastae de (R)asperg[.] Henricus a quo Comites Cazenellenbogii, Arnoldus a quo Comites Oetingenses, Cuno a quo Comites Weteraviae, Adelbertus a quo Comites Calwenses, Gebelbrandus Comes Palat. Trevirius, Rudolfus Episcopus Herbipolensis[.]). – Ethico comes in Altorf et Ravensperg, obiit in coenobio Amergau 857 (frater Conradus a quo veteres reges Burgundiae,
35 soror Juditha uxor Ludovici Pii) – Henricus Comes Altorfensis et Ravenspergensis Dux inferioris Bavariae, huic El. Reusnerus alium Henricum antepont.

¹ Distilletur-zeichen über »Welpenses« sowie am Rande neben der Zeile

– Ethico II autor arbitrat Rhetiae Curiensis et Rapporswitanae (fratres S. Conradus Episc. Constantiens. obiit 976 et Rudolfus qui procreavit Duces inferioris Bavariae et comites Altorf.) – Guelfus jure uxorio dynasta Raporswilanus (soror Jutha ex sententia Eliae Reusneri nupta Arnulfo Imp.) – Henricus primus dynasta de Sinzendorf claruit in superiore Rhetia 1044 (fratres Otto, a quo Comites de Arberg, Christianus a quo Domini de Raittenau, Conradus a quo dynastae de Wattenwill, Ethico a quo Domini de Ehrnefels et Schauenstein[.]). Omnes quibus linea subducta est icones habent, et horum posterius usque ad Georgium Ludovicum positus ad latus fratribus vel sororibus sed nulla amplius ex his novae familiae.

Arma(h)am ex Egano duarum familiarum in tabula peculiari quasi Genealogica exhibentur. Adest et tabula peculiaris familiae Sinzendorffiorum omnium a dicto Henrico descendente, ibi et filiae;

Sequitur narratio de Isenbrandi XII. filiis qui pro Capitulis[.]

Sequitur index Alphabeticus omnium familiarum quae in Sinzendorffica Genealogica continentur, cuius addita brevis explicatio et arma simplicia[.]

Inde subiunguntur omnes Generationes ab Henrico de Sinzendorf, sed nusquam adduntur probationes. Tabula sequitur progenologica ad 32. familias[.] Et peculiaris tabula in qua earum familiarum insignia. Exhibet similiter et aliorum Sinzendorffiorum tunc viventium et conjugum ipsorum Tabulas progenologicas.

Sequuntur imagines et elogia omnium progenitorum Sinzendorffiorum, fictae credo imagines singulis symbola affinguntur.

Sequuntur icones et descriptiones praeliorum aliarumque rerum a Sinzendorffis gestarum. Prima icon ita conscripta est:

Henricus IV Rom. Imp. Augustus Guelphum Bavariae Ducem imperii rebellem armis correcturus Fridericum Hohenstaufium et Henricum Sinzendorffium exercitu suo praefecit, qui commisso ad Hochstadium juxta Danubium praelio memorabilem de eo victoriam reportarunt Anno Christi 1083. Et post alia[.]

Christoph. Sinzendorffius a Ludovico Bavaro captus cum Friderico Austriaco 1321.

Tabula CXX quibus posteritatis Georgii Ludovici Comitis de Sinzendorf consanguinitas cum totius orbis Christiani principibus derivatur (+ nempe per conjugem Dorotheam Elisabetham Ducissam Slesvici et Holsatiae) ||31v|| prima tabula ostenditur, quod Leopoldus Imp. et Dorothea Elisabetha descendunt a Christiano I. rege Daniae ex quo et Carolus II. Rex Angliae alia Tabula. Alia Tabula ex Ruperto Palatino Romanorum Rege Ludovicus XIV. Et Dorothea Elisabetha, ita de caeteris. Post Reges sequuntur principes summi ordine Alphabetico.

Sequitur deinde Corona regii honoris ac sanguinis XII. radiis illustrata per quam exhibetur qualiter illustrissima Sinzendorffiana posteritas ex XII. praecipuis summarum

regum stirpibus progerminavit[.] Ex Anglor. Rege Ecberto scil. orientalium Saxonum Rege Aragon. ex Raniturto Rege[.]

Sequitur Arbor Genealogica qua ostenditur qualiter Sinzendorfiana posteritas a Carolo M. descendit[.] Figurae simul progenitorum et fratres exhibentur, vult Luitgardem Arnulfi
 5 Imp. filiam Ottoni Duci Saxon. nuptam. Ingrediuntur et sequentes foeminae. Luitgarda Ottonis M. filia nupta Conrado qui occubuit contra Hunnos 955.

Agnes Henrici IV Roman. Imp. filia nupta Friderico Hohenstauffio. Cunigunda Philippi I. Rom. Regis filia nupta Wenceslao Regi. Bohemiae. Elisabetha nupta Johanni Lucemburgio Regi Bohemorum[.] Elisabetha Sigismundi imp. filia nupta Alberto II. Imp.
 10 Anna Alberti II. filia nupta Guilielmo Duci Sax. March. Misn., hujus filia Margaretha nupta Johanni Elect. et March. Brandenb. Hujus filia Anna nupta Friderico I. Regi Daniae.

[32r] Folgen die Proben (in deutscher Sprach) wasgestalt die durchl. hochgebohrne Fürstin und Frau, Fr. Dorothea Elisabetha Herzogin zu Schleßwig und Holstein, vermählte Reichsgräfin von Sinzendorff mit allen derzeit lebenden Kaysern und Königen befreundet
 15 ist[.]

Methodo qua prius cum imperatoribus et Regibus Ex. gr. Dorotheae Elisabethae origo communis cum Claudia Imperatrice per Elisabetham Imp. Sigism. filiam[.]

Sequitur Genealogia Regum Daniae et Norwegiae et Ducum Sleswici-Holsatorum, ex pervetustis regibus et Ducibus Saxoniae, nempe

20 Witekindum et ejus patrem Wernekinum deducit ex Bodone Rege Saxonum qui regnaverit A. C. 260[.]

Ex Witikindo deinde ita:

Witikindus magnus rex Saxon. † 807. Wigbertus Dux Sax. et Ansgar. 825. Walpertus Dux Sax. Angar. Westf. Comitum Oldenburgicorum progenitor † 856 uxor Alburga, Comitissa Lesmonae. Theodericus primus Comes Ringelh. et Oldenb. uxor Reinholdis Comitissa Mersburg – Reginbertus Dux Angrivariae et Com. Ringelheim. vixit 918 (+ frater Immad Witikindi M. nepos occisus in Bavaria, uxor Gemma Comitissa Boic. Ejus filius Beraldus condidit stirpem Ducum Sabaudiae † 1027. Theodericus alios fratres familiarum Comitum Oldenburgicorum in quartam generationem propagavit. Witikindus
 30 alius frater cum uxore ad Palaestinam et (Galiciam obiit in Italia).

Reginberti filius Hajo (dub.) dynasta Frisiae orientalis [32v] vixit circa 965. uxor Richsa Comitissa Oldenb. cognata. – Elimarus I. dynasta Frisiae et Com. Oldenb. Eylā ann. 980. uxor Richensa Comitissa Stadensis – Elimarus II. Comes Oldenburg. circa 1120. Uxor Helica Comitissa Cappenbergica. – Christianus I. Comes Oldenb. cognomento animosus ux. Cunigundis ultima Comitissa in Locken. – Mauritiua I. Comes Oldenb. circa 1201. uxor Comitissa Schwalenbergica. – Christianus III. uxor Mathildis Comitissa Stadensis. – Johannes II. ux. Anna Comitissa Hoiensis. – Joh. III. circa 1334. ux. Margaretha

Comitis Conradi occubuit contra hostes uxor I. Comit. Hoyensis uxor II. com. Dipholt. – Christianus VI. uxor Agnes Comitissa Hohenstein. – Theodericus Comitissa Oldenb. et Delmenhorst. † 1440. uxor Hedwig Princeps Slesw. et Hols. – Christian Oldenb. et Delmenh. electus rex Daniae et Norw. 1448. uxor Dorothea Brand.

Relation wie Graf Georg Ludow. von Sinzendorff die Kayserin Eleonora Magdalena 5
Theresia zu Neuburg im Jun. empfangen als sie 1676 vorbeý passiert.

Abbildung des Schloßes Neuburg.

Chronographia omnium dominorum quae ad nobilissimam Sinzendorfianam familiam spectant[.] Sunt ibi et mappae integram regionem Bohemiae partis Austriae[,] sunt et conspectus topographici locorum[.] Claudunt opus diplomata ex originalibus descripta Ferdinandi III. qui facit Comites. 10